UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Superbia

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Superbia.

❡ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SVperbia, Græce, ὑπερηφανία,ας,ἡ, & ὑπερήφανος,ου,ὁ, ſuperbus,& ὑπερηφανέομαι,ſuperbio dicitur. ἀλαζωνεία, ἀγηνωρία, Heb. *Ghaon, Gheuth*, à verbo *Ghaah*, Gloriatus eſt, intumuit , ſuperbuit. Hinc γαίω glorior, & γαιῶ, laceſſo, irrideo per ſuperbiam. eſt autem ſuperbia peruerſæ celſitudinis appetitus, *ſecund. Aug. lib.* [...] *tate Dei.*

Superbia eſt amor propriæ excellentiæ, *ſecund. Hugon.* [...] *cramentis, & Iſid. lib. Etymol.*

Superbia proprie eſt inordinatus appetitus excellen[...] betur honor & reuerentia. Vel ſuperbia proprie reſpic[...] ſubiectionis hominis ad Deum, ſecundum quod aliqu[...] ſupra id, quod eſt ſibi præfixum , ſecundum diuinam [...] menſuram. *Ex B. Thom. prima Secund. q. 84. art. 20. &* [...] *q. 77. art. 5. cap.*

❡ DIVISIO.

SVPERBIA. (*Prima ſecunda, q. 84. ar. 2*)

- *Inclinatio ad ſuperbiendum ex flexibilitate naturæ & fomitis corruptione.*
- *Actualis contemptus præceptorum Dei, vel diuinæ legis, per quam prohibemur à peccando.*
- *Inordinatus appetitus proprie excellentiæ, & eſt peccatum, ſecunda Secunda, quæ. 162. art. 2.*
  - *Generale, per redundantiam in alia peccata, quæ ex ea oriri poſſunt. ſecund. Secundæ, quæſt. 162. art. 2.*
    - *Directe & per ſe, in quantum poteſt appeti in quolibet bono, aliqua excellentia, quæ inordinate appetitur. Prima ſecundæ, q. 84. art. 4.*
      - *Proſequendo inordinate bonum.*
        - *Interius*
          - *Animæ, quod conſiſtit in ſola* [...] *henſione, vt laus, honor, gloria,* [...] *dinate appetit. Inanis gloria.*
          - *Corporis pertinens ad conſeruationem.*
            - *Indiuidui, vt cibus* [...] *quos inordinate appe*[...]*la.*
            - *Speciei, vt actus* [...] *inordinate appetit*[...]*ria.*
        - *Exterius, vt diuitiæ , quas inordinate* [...]*ritia.*
      - *Fugiendo inordinate bonum propter aliquod annexum malum*
        - *Proprium & ſpirituale, quod* [...] *fugit: Acedia.*
        - *Alienum*
          - *Sine inſurrectione* [...] *dinate fugit:* [...]
          - *Cum inſurrectione* [...] *dinate fugit. Ira.*
    - *Indirecte, & quaſi per accidens remouendo prohibens, in quantum ſcilicet* [...] *biam Dei legem contemnit, per quam prohibetur a peccando, art. 2.*
  - *Speciale, propter ſpecialem rationem obiecti , quæ excellentia. Cuius inordinatus appetitus eſt peccatum. ſecun. Secund. qu. 162.*
    - *Mortale de genere ſuo ſemper. Quia quandocunque deliberato & ſecundum* [...] *rationis quis ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi præfixum ſecundum diuinam* [...] *menſuram, eſt peccatum mortale art. 5.*
    - *Veniale. Quando eſt actus imperfectus, quia præuenit iudicium rationis,* [...] *non conſentit.*
    - *Diſtinctum à B. Greg. 3. Moral. in ſpecies 4. dicente. Quatuor quippe ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantiæ demonſtratur. art. 4.*
      - *Quando bonum à ſemetipſis habere* [...] *mant.*
      - *Quando etſi ſibi datum deſuper* [...] *ſuis hoc accepiſſe meritis putant.*
      - *Quando iactant ſe habere quod* [...]
      - *Quando deſpectis cæteris , ſingulariter* [...] *appetunt habere quod habent.*

❡ LOCI BIBLICI.

Superbi ſemper contentioſi *Prouer.* 13. *v.* 10. fugiendi, 16. *v.* 19. deprimendi & humiliandi, *Leuit.* 26. *v.* 19. 2. *Reg.* 19. *v.* 28. *Iob* 20. *v.* 6. 7 & 24. *v.* 24 & 40. *v.* 6. 7. 8. *Pſal.* 18. *v.* 28 & 31 *v.* 18 & 75. 24 & 37. *v.* 33. 36 & 53. *v.* 20 & 59 & 13. 14 & 73. *v.* 18. 19. 20. 11 & 89. 11 & 147. 6. *Prou.* 11 2 & 15. 25 & 16. 18. & 29. 23. *Eſ.* 2. *v.* 11. 12 & 3. *v.* 16. 17 & 5. 15 & 7. 8 & 9. 9. 11 & 10. *v.* 12. 33 & 13. *v.* 11 & 14. *v.* 11. 12. 14. 15 & 16. *v.* 6. 7 & 22. *v.* 19 & 23. 9 & 25. 12 & 26. 5 & 28. 1. 3 & 29. 4 & 37. 29 & 47. *v.* 7. *Ierem.* 13 *v.* 9 & 47. *v.* 17. 18 & 49. *v.* 15. 16 & 50. *v.* 12. 31. 32 & 51. *v.* 53. *Ezech.* 7. 24 & 21. 26 & 24. 21 & 28. *v.* 6. 7 & 29. *v.* 3. 4. 5 & 30. *v.* 6 & 31. 10 & 32. *v.* 19 & 33. *v.* 28. *Dan.* 5. *v.* 20. 22. *Oſeæ* 4. 7 & 5. 5 & 7. 20. *Amos* 8 10. *Abd.* 3. *v.* 4. *Nah.* 2. 2. *Abac.* 2. *v.* 4. 5. *Sophon.* 1. *v.* 3 & 2. 10 & 3. 11. *Zachar.* 9. *v.* 6 & 10. *Malach.* 4. *v.* 1. *Matt.* 23. *v.* 12. *Lucæ* 1. *v.* 51. 52. 15 & 16. 15 & 18. 14 *Iacob.* 4. *v.* 6. 1. *Petri* 5. *v.* 5. Superbus non credens Euangelio. 1. *Timoth.* 6. 4. ſuperbi, delecti à Deo, *Eſaiæ* 29. 20. non ſuperbe de ſe ſentiendũ. *Philip.* 2. 3.

Superbia damnatur , *Num.* 15. *v.* 28. *Deut.* 8. *v.* 14 & 17. *v.* 13. 20. 2. *Sam.* 22 28. *Pſalm.* 75. 5 & 101. *v.* 5. 7 & 119. *v.* 21. *Prouerb.* 6. 17 & 8. *v.* 13 & 14. 3 & 16. 5. & 21. *v.* 29 & 25. 6. *Oſeæ.* 13. *ver.* 6. *Abac.* 2. 5. *Matth.* 17. 3 *Luc.* 14. *v.* 8. *Rom.* 1. 30 & 11. *v.* 18 & 12. *v.* 16. 1 *Corinth.* 4. 7 & 13. 5. 2. *Cor.* 12. 20. *Galat.* 5. 26. *Phili.* 2. *v.* 3. 1. *Tim.* 3. *v.* 6. 2. *Tim.* 3. *v.* 2. 4. *Tit.* 1. 7. *Iac.* 4. 16. Superbia impios confundit, Abac. 2. 5.

❡ PATRVM SENTENTIAE.

Magna eſt miſeria, ſuperbus homo: ſed maior miſericordia, humilis Deus. *Aug. de catechizandis rudibus.*

Cætera vitia in male factis valent, ſola ſuperbia etiam in recte factis eſt cauenda. *de nat. & gratia.*

Audeo dicere , ſuperbis vtile eſſe cadere in aliquod apertum & manifeſtum peccatum, vnde ſibi diſpliceat, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus diſplicuit, quando fleuit, quam ſibi placuit , quando præſumpſit hoc dicit ſacer Pſalm imple facies eorum ignominia, &c. *Auguſt. De Ciuitate Dei, lib.* 14.

Quoniam delicto alio, niſi ſuperbiæ: non eſt enim [...] tum , quam apoſtatare à Deo : quod eſt initium ſuperbiæ [...] Et vere iſte immaculatus eſt, qui etiam hoc delicto caret, [...] eſt vltimum redeuntibus ad Deum, quod recedentibus [...] it. *in Pſ.* 19.

Vitia quippe cætera in peccatis , ſuperbia vero in recte [...] menda eſt: ne illa, quæ laudabiliter facta ſunt ipſius laudis [...] te amittantur. *in epiſt. Dioſcorum.*

Si vix toleratur diues ſuperbus, pauperem ſuperbum [...] *ſerm.* 16.

Vermis diuitiarum eſt ſuperbia. Difficile eſt, vt non [...] qui diues eſt. Tolle ſuperbiam, & diuitiæ non nocebunt [...]

Quid prodeſt diſpergendo dare pauperibus, pauperem [...] anima miſera ſuperbior efficitur diuitias contemnendo, [...] rat poſſidendo? *Lib. de Virgin.*

Humilitas homines ſanctis angelis ſimiles facit ; [...] angelis dæmones facit : & vt euidenter oſtendam, ipſa [...] peccatorum initium, & finis, & cauſa, quia non ſolum pec[...] ipſa ſuperbia, ſed etiam nullum peccatum potuit, aut po[...] terit eſſe ſuperbia. *in epiſt.*

Præcipe diuitibus huius ſeculi ante omnia non ſuperbe [...] Nihil eſt enim quod ſic generent diuitiæ, quomodo ſuperbiam [...] mne pomum , omne granum , omne frumentum, omne [...] habet vermem ſuum, & alius vermis mali, alius pyri, alius [...] tritici. Vermis diuitiarum ſuperbia, ergo præcipite diuitibus [...] mundi non ſuperbe ſapere, excludit vitium, docet vſum. [...] *verb. Domi.*

Superbia & cupiditas in tantum eſt vnum malum, vt nec [...] bia ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſſit cupiditas inueniri [...] *ſerm.* 17. *ad ſororem.*

Superbia dicit : Ecce multis, imo pene omnibus meliorem [...] bo, ſcientia, diuitiis , honoribus & cunctis, quæ carnalibus [...] ritualibus ſuppetunt charifmatibus. Cunctos ergo deſpiciam [...]

…ſuperiorem attende. *Aug. lib. de conflictu vitiorum &*

…rumque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: …in bonis operibus inſidiatur, vt pereant. *Aug. in Reg.* …modis in anima hominis, vt de falſa humilitate magis …m ſi apertius ſuperbiret: & nonnunquam deiicit Deus …mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam luxuriam. *Aug.* …*epiſt.*

…a natione cœleſtis, ſublimium appetit mentes, & quaſi …reuolans ortus, appetit gloriam, & poteſtatem homi…pere, quæ de gloria & puritate angelorum erupit, vt …m particeps naturæ, faciat conſortes ruinæ. *Hieronym. ad*

…m ſuperbum, quid tam ingratum videri poteſt, quam …tius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis: …s præcepta deſpicere, qui ideo aliquid imperat, vt cauſam …muneranđi? *Hier. in epiſt.*

…illa deformior eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam humilita…tet. Neſcio enim quomodo turpia ſunt vitia, quum vir…cie celantur. *Hier. in Marcum.*

…ndo minus eſt in corruptionem cadere, quam cogitatio…deliberata elatione peccare: ſed quum minus turpis ſu…itur, minus vitatur. Luxuriam vero eo magis erubeſ…nes, quo ſimul omnes turpem nouerint, vnde fit plerum…nnulli poſt ſuperbiam in luxuriam corruentes, ex aperto …n culpæ latentis erubeſcant, & tunc etiam maiora cor…um proſtrati in minimis grauius confunduntur. *Greg. in*

…que latet ſuperbia, & caſtitas innoteſcit, atque ideo tenta…tas, circa finem vitæ perditur: quia cooperta ſuperbia vſ…m incorrecta retinetur. *ibid.*

…orum mens ſemper eſt ad irrogandas contumelias valida, …das infirma, ad obediendum pigra, ad laceſſentes alios …, ad ea, quæ facere debet & præualet ignaua: ad ea autem …facere debet, nec præualet, parata, hoc in eo quod ſponte …t, nullis exhortationibus flectitur. Ad hoc autem quod …deſiderat, quærit vt cogatur, quia dum metuit ex deſiderio …re, optat vim in ſua voluntate tolerare. *ibid.*

…ſuperbia eo ipſo in imo latet, quo in alto ſe erigit, vt in…ſuppoſita cunctis ſit, appetit ſupereſſe. *ibid.*

…ſuperbiæ ab ipſa radice ſecandum eſt, vt quum latenter …tunc vigilanter abſcindatur, ne prouectu vigeat, nec vſu ro…*ibid.*

…quippe cuncti mali & regina omnium vitiorum ſuperbia …ſcriptura atteſtante dicitur. Initium omnis peccati ſuper…ſeptem principalia vitia de ſuperbiæ virulenta radice profe…licet inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, ventris in…& luxuria. Nam quia his ſeptem ſuperbiæ vitiis nos captos …s tenuit, idcirco redemptor noſter ad ſpirituale liberationis …ſeptiformis gratiæ venit. *ibid.*

…que mali eo magis contra Deum ſuperbiunt, quo ab eius lar…contra meritum ditantur: & qui prouocari bonis ad me…uerunt, donis peiores fiunt *ibid.*

…a eſſe potentibus ſolet ſuperbia, & pene ſemper rebus afflu…elatio ſociatur, quia & ſæpe honoris abundantia duritiam …onis. *ibid.*

…is, qui de terrena prius gloria ſuperbiebat, poſtmodum de …te extollitur, nequaquam elatio corpus eius deſeruit, ſed ad …onſueta veniens: vt cognoſci neſciat, veſtem mutauit. *ibi-*

…tuor ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium de…tur, quum bonum aut à ſemetipſis habere ſe æſtimant: aut …m deſuper credunt, & pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis pu…t certe quum iactant ſe habere quod non habent: aut deſpe…teris, ſingulariter videri habere appetunt quod habent. *ibi-*

…æ maior ſuperbia, quam vt vnus homo toti congregationi iu…ſuum præferat, tanquam ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? …*ſerm. 2. in reſur.*

…gna ſuperbia, & delictum maximum eſt, vti datis tanquam …s, & in acceptis beneficiis gloriam vſurpare beneficii. *De dili-* …*Deo.*

…templiciter occupauit nos lepra ſuperbiæ, in proprietate poſ…um, in gloria veſtium, in voluptate corporum, in ore quo…plicitet, ſimiliter & in corde: in ore, quum in aduerſis mur…mus, & in proſperis arroganter commendamus: in corde pro…voluntas, & proprium conſilium, *Bernar. in ſerm. 3. in reſur.*

…perbia de ſuperis cœleſtibus ad ima præcipitat: humilitas ab …ad alta leuat. Angelus in cœlo ad tartara corruit, homo in mũ… cœlum aſcendit. *In ſerm.*

…abs in oculo grandis, & groſſa in mente ſuperbia eſt: quæ qua…pulentia ſui vana non ſanat, tumida non ſolidat, oculum men…curat, & veritatem obumbrat. *ibid.*

…Videas pleroſque in eccleſia de ignobilibus nobiles, de paupe-ribus diuites factos ſubito intumeſcere, priſtinæ obliuiſci abiectio-nis, genus quoque ſuum erubeſcere, & infimos dedignari paren-tes. Videas & homines pernicioſos ad honores quoque eccleſiaſti-cos peruolare. & mox ſibi applaudere ſanctitatem, ex veſtium mu-tatione, non mentium: & dignos ſe æſtimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quodq; (non audeo dicere) adepti ſunt nu-mis, attribuere meritis. *Idem ſuper, Miſſus eſt, circa finem.*

Quoſdam ſuperbos diuitiis rerum copia facit elatos, quorum non ſunt opes in vitio, ſed voluntas, nam crimen in rebus non eſt, ſed in vſu agentis, & eſt elatio pauperum, quos non diuitiæ eleuant, ſed voluntas ſola in eis ſuperbia eſt. *Iſid. l. 1. de ſum. bon.*

Superbus dictus eſt, qui ſupra vult videri, quam eſt: qui enim vult ſupergredi, ſuperbus eſt *Lib. etymol.*

Omni vitio deterior eſt ſuperbia, ſeu qui à ſummis perſonis aſ-ſumitur, ſeu quod de opere iuſtitiæ & virtutis exoritur minuſque culpa eius ſentitur. Luxuria vero carnis ideo omnibus notabilis eſt, quoniam ſtatim per ſe turpis eſt: & tamen penſante Deo ſuperbia minor eſt. *Lib. 3. de ſum. bon.*

Arrogantia eſt animi motus, quo quis mouetur ad iactandum ſe habere, quod non habet. *Lib etymol.*

Quid ſuperbit terra & cinis? vt homo arrogantia ſubleuetur, ob-litus quid erit, & quam fragili vaſculo contineatur, & quibus ſter-coribus immerſus ſit, & qualia ſemper purgamenta de ſua carne pro-iiciat. *Orig. Hom. in Ezech.*

Iactantia eſt, faſtu mentis id agente, maiora quam ſunt de ſe pro-mittere, *Hugo.*

Superbia, eſt elatio vitioſa, quæ inferiorem deſpiciens, ſuperiori-bus & paribus ſatagit dominari. *Idem.*

Superbia in cœlo nata eſt, ſed velut immemor qua via inde ceci-dit, illuc poſteà redire non potuit. *Hugo l. 1. de anima.*

Cætera vitia ſolas illas virtutes impetunt, quibus ipſa deſtruun-tur, vt luxuria pudicitiam, ira patientiam, ſola vero ſuperbia contra cunctas animi virtutes ſe erigit, & quaſi generalis & peſtifer mor-bus omnes corrumpit: ſigna autem ſuperbiæ hæc ſunt, clamor in lo-cutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in tri-ſtitia, honeſtas in imagine, inhoneſtas in actione, rancor in repre-henſione. *ibid. li. 2.*

Quatuor enim ſunt, quæ trahunt elationis currum: amor domi-nandi, amor propriæ laudis, contemptus & inobedientia. Rotæ ve-ro ſunt, iactantia mentis & arrogantia, verboſitas & leuitas: auriga in hoc curru eſt ſpiritus ſuperbiæ: amatores mundi ſunt, qui ferun-tur in hoc curru: infrænes ſunt equi, volubiles rotæ, auriga peruer-ſus, & qui portatur, infirmus. *Hug. de clauſt. anim. l. 1.*

Superbia de angelo diabolum fecit, & homini mortem intulit, & conceſſa beatitudine vacuauit, omnium malorum mater, ſcelerum fons, vena nequitiæ *Caſſ. ſup. Pſal. 18.*

Manſueti ſuſcipiuntur in cœlum, ſuperbi proiiciuntur in terram, vt permutatione vicaria vnde humilis leuatus eſt, ibi ſuperbus corruat: & vnde Satanas elatus cecidit, fidelis homo ſubleuatus a-ſcendat. *in Pſal. 147.*

Familiare eſt hominibus extolli, quum bene de ſe cognouerint æſtimari. *in epiſt.*

Superbia turrim euertit, linguam confundit, proſtrauit Goliath, ſuſpendit Aman, interfecit Nichanorem, peremit Antiochum, Pha-raonem ſubmerſit, & Sennacherib interemit, ſedes ducum ſuperbo-rum deſtruxit Deus, & radices gentium ſuperbarum arefecit. *Inn. de vilitate conditionis human.*

Omnis fere vitioſus diligit ſibi ſimilem, ſolus ſuperbus odit ela-tum, vnde inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. *ibid.*

Heu, hominum vnde iſte faſtus, iſta ſuperbia cuius ærumnoſa neceſſitas, cuius vitam laborioſa deuoluit pœnalitas, cuius pœnali-tatem pœnalior mortis concludit neceſſitas? cui eſſe momentum, ita naufragium, mundus exilium, cui vita aut abeſt, aut ſpondet ab-ſentiam, mors aut inſtat, aut minatur inſtantiam. *ibid.*

¶ Sententiae Poeticae.

Periander.

Μὴ ἐπ᾽ αἴνου ἐπὶ δόξῃ.
Noli te extollere ob famam.

Cleobul.

Μὴ ὑπερήφανος γίνου.
Ne ſuperbus ſis vnquam.
Τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς.
Minorem ne deſpicias.

Palladas.

Βέλτερον ἐστὶ τύχης καὶ θλιβομένης ἀνέχεσθαι,
Ἢ τῶν πλουτούντων τῆς ὑπερηφανίης.
Melius eſt fortunam & prementem tolerare,
Quam diuitum ſuperbiam.

Menander.

Ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην.
Superbia nullus euitat pœnam.
Ος᾽ εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρονεῖν.
Quando fortunatus es maxime, ne ſuperbias,

Sopho-

Sophocles in Aiace.

Ἀλλ' ἄνδρα χρὴ, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα,
Δοκεῖν πεσεῖν κἂν ἀπὸ μικροῦ κακοῦ.
Sed virum oportet, etſi corpus natura ſortitus ſit magnum,
Exiſtimare poſſe cadere, etiam à paruo incommodo.

Plautus in Aſinaria.

Non decet ſuperbum hominem eſſe ſeruum.

Idem in Sticho.

Secundas fortunas decent ſuperbiæ.

Terentius comœdia 5.

Profecto hoc ſic eſt, vt puto,
Omnibus nobis. vt res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus.

Euripides.

Βαρὺ τὸ φρόνημα· οἴησις ἀνθρώπου κακοῦ.
Grauis faſtus ex improbi hominis opinione naſcitur.

Idem in Glauco.

Ὅστις γὰρ ἀστῶν ὠλέονίζειν πέφυκ' ἀνὴρ
Φίλοις, τ' ἄμικτός ἐστιν, καὶ πάσῃ πόλει.
Quicunq; ciuium vir arrogans fuerit,
Is nec amicis, nec toti ciuitati familiarem ſe præbet, ac affabilem.

Idem.

Quum videris in ſublime quempiam elatum,
Splendidis gloriantem opibus, ac genere,
Superciliſq; ſupra ſortem ſuam faſtuoſum.
Illius celerem diuinitus expecta breui vindictam.

Idem in Andromache.

Qui valde ſunt inflati, ſuperiorum ſermones
Ægre ferunt ab inferioribus audire.

Demoſthenes.

Θνητοὶ γεγῶτες, μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς.
Mortales cum ſitis, ne ſupra deos vos erexeritis.

Menander in Gubernatoribus.

Ὦ τρισάθλιοι ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα,
Οὗτοι γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου φύσιν.
O miſerrimi terq; quaterq;
Omnes! qui de ſeſe magnifice ſentiunt inflati.
Ignorant enim illi hominis conditionem.
Πᾶς ὁ μὴ φρονῶν
Ἀλαζονείᾳ καὶ ψόφοις ἁλίσκεται,
Omnis inſipiens
Arrogantia & plauſibus capitur.

Sophocles in Aiace flagellifero.

Video nos nihil aliud eſſe præter
Simulachra quædam, quotquot viuimus; aut vmbram leuem.
His igitur conſideratis, faſtuoſum.
Nullum vnquam dixeris in deos verbum.
Nil aliquo modo ſuperbieris ſi quippiam
Aut polles manibus aut copia diuitiarum amplius.

Euripides in Alcmæone.

Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
Λέγειν, ἐς ὄγκον δ' οὐκ ἀναβλέπειν τύχης.
Oportet eos, quibus aſpirauit aura fortunæ ſiniſtra, his ſimiliter
Loqui, non fatum ſuperioris vſurpare ſortis.

Socrates Athenienſis Comicus.

Quamuis rex natus fueris, audi tamen ut mortalis,
Quid tum, quod procul expuis? multa abundas pituita,
Veſtem elegantem fers? at hanc ouicula prius habuit.
Aurum geris? hæc fortunæ inconſtans eſt potentia:
Opibus affluis? hæc vis eſt unius temporis.
Superbis? huiuſmodi eſt ſtultitiæ iactantia, vel hinnitus.
At ſi temperantiam ſecteris, diuinum donum eſt.
Fit autem temperantia ſi te ipſum metiaris.

Menander in Empimpramene.

Ἐφ' ᾧ φρονεῖς, μέγιστον ἀπολεῖν τοῦτό σε,
Τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι, γὰρ ἄλλους μυρίους.
Quo tibi maxime places, idipſum te peſſundabit:
Nempe opinio, qua tibi aliquis eſſe videris: perdidit enim alios etiam infinitos.

Iſidorus Philoſophus & Orator.

Θνητὸς πεφυκὼς, τὰ ὀπίσω πειρῶ βλέπειν,
Quum ſis mortalis, operam da, vt quæ retro ſunt, videas.

Menander in gubernatoribus.

Humilitas tua ſi qua grauitas acceſſerit, pulchra
Apud alios videbitur, o chare vir: ſin tute feceris
Abiectum teipſum & pro nihil duxeris,
Domeſticis contemptus, & ludibrio apparebis.
Εὐδαίμονι εἴωθεν ὑπερηφανίας ποιεῖν.

Deſcriptio ſuperbiæ elegans.

Culmen ad ſuperos niti, cœloq; propinquum
It grauis, & raro inceſſu veſtigia profert.
Strimonia de more gruis, quæ ſeminat campis
Iacta legens, aqua tepido ſub ſydere libra:
Si vicina ferat greſſum per rura viator,
Tela ferens, arcumque manu, caput ardua tollens
Clangit, & ingenti mouet internodia paſſu,
Paulatimque viam ſuſpenſo gutture carpit,
Quum bellator equus domini frenatus habenis
Oſtentans pectus latum, ceruice ſub alta,
Conglomerat bibulo lentos in puluere greſſus,
Nunc hac nunc illac oculos & colla torquens,
Spectari gaudet: Libycosque æquare leones
Viribus, Albanoſve canes, dum ſe putat annis,
Colligit, & latis imitatur naribus Eurum.
Non ſecus hac rabies vento ſo inflatior vitre,
Cum graditur vibrans alternis motibus armos,
Ardua ſublata circumfert lumina frontis,
Vanamque proceri miratur corporis umbram,
Et tacitis ardens curis, ſublimia ſemper
Mente agitat, tumidoque ſedet ſub corde veneno.
Contemptrix inopum, vultus elata ſeueros:
Inflatoque rotans turgentia gutture verba,
Ferre nequit iuga, maiorem indignata parem.
Imperia vſurpat regnique libidine feruet.
Immanſueta, ferox, miſeris aduerſa, minaxque
Mitibus elatis contraria, neſcia pacis,
Neſcia amicitiæ, rixarum & litis origo.
Dura, ingrata, duplex animo, violenta, rebellis,
Improba: quid pietas quid ſit clementia neſcit.
Perfida, fædifragam dubio ſub pectore mentem
Verſat, ab excelſo fugientia culmine ſemper
Saxa mouet, laudum ſemper veſana libido,
Sollicitum pectus curis flammantibus vrget.
Nec vitæ ratio, nec opum, nec honoris in omne
Sponte ſcelus præceps ruit implacabile monſtrum.

Ex Eccleſiaſt. cap. 10. quædam carminice reddita.

Nam domino res eſt exoſa ſuperbia cœli,
Nec minus his quotquot terrea regna tenent.
Heu mihi quid iactas, quid puluis & umbra ſuperbis
Immundum in viuis dum datur eſſe, lutum.
Sæpe licet medicus quaſſata ſarciat herbis.
Membra, velut fumi præterit vmbra tamen.
Et qui rex nuper vario fulgebat amictu,
Mox iacet iniecta vile cadauer humo.
Viperios nutrit defuncto corpore dentes,
Grataque fit paſtu vermibus eſca feris.
Prouenit ex prima ſcelerata ſuperbia cauſa,
Diuina ſi quis de bonitate cadit.
A factore ſuo declinans perdida corda
Deſciſcit, verum deſerit atque Deum.
Illaque cunctorum radix eſt prima malorum,
Ex illo vitium prouenit omne lacu.
Plenaque ſunt cuius tumido præcordia faſtu,
Multis damna dabit, maxima dira feret.
Inde ſuperborum turbam regnator Olympi
Priuauit, nullo paſſus honore frui.
Deiecit faſtum, quibus ipſe agnouit ineſſe,
Deſtruxit ſolitos nil niſi magna loqui.
Grandia ſpirantes ſumma de ſede tyrannos
Rex ſummus pœna præcipitauit acri:
Illorumque vices humili conceſſit habendas,
Submiſſis animo ſceptra gerenda dedit.
Sic extirpauit gentes radicitus omnes,
Nulla quibus dominum noſcere cura fuit.
Ipſe ſuis humilis dextris inſeuit & illos
Creſcere iuſſit homo luxuriante nimis.
Euertit populos, & prorſus perdidit omnes,
A ſe compoſitos qui coluere Deos.
Ex domini nutu gens hæc exaruit almi,
Nomen & in terris non licet eſſe malum.
Non etenim ad faſtum genus eſt mortale creatum,
Præcipuum nec opus trux decet ira Dei.
Humano cuncti exornantur ſemine nati,
Qui puro dominum corde timere ſolent.

Simon Nanquerius.

Quid iuuat o homines, tanto turgeſcere faſtu?
Non certe heroes, ſemideique ſumus.
Noſtra ne è limo terra proceſſit origo?
Solius ab æthereâ ſpiritus arce venit.
Nonne caro ex terra eſt, diuerſis ſubdita fatis,
Oſſa quoque ex illo cuncta creata loco?
Et fortes nerui rugoſa pelle voluti?
Denique terreſtri viſcera totus homo eſt.
Concipitur fæda primorum ſorde parentum,
Naſcitur & nudus, plorat & ortus humi.
O miſer! interitus ſecreta mente reuoluas.
Carne quid humana vilius eſſe poteſt?

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cum veniant omni dulces ex arbore fructus.
Plurima cum valeant bruta liquore bono.
Cerne quid emittant nares: cunctiq́ meatus
Corporis aſsiduas ſorte fluente tua.
Inſpice quam fragilis. quam pauper, quamq́ miſellus
Viuas, tuta dies non tibi nulla datur.
Aſpice vel prorſus quid ſis, niſi putre cadauer.
Quod tandem minimis vermibus eſca datur.

Baptiſta Mantuanus, in lib. de calamitatibus temporum ſic ſcribit,

Euolat horriſono rapidi Phlegetontis ab amne,
Ingenti alarum ſtridente ſuperbia ductu:
Sic illam dixere, etenim ſuper æthera ſeſe
Tollit, & extenſo ſocios ſupereminet ore,
Omnia conuoluens cæca de ſede Barathri.
Crimina nigrantem poſt te trahit omnia pompam.
Huius ab ardenti vitioſus anhelitus ore
Fumat, & obſcurus oriens à faucibus humor
Defluit Hippomanes, aconyta, canisq́ virentem,
Tænarii ſpumam ſuperans, omnemque venenis
Mortiferam rabiem: Stygii Lex ima profundi:
Se ſuperum genus eſſe putat, veterumq́ Deorum
Semen, & à magno ſe iactat Apolline natam:
Ardua frons, vnoquo oculo velata, rotundi
Circuitus medioque ſedens in luminis orbe.
Diſceſsit ſpatiis æqualibus vndique centum,
Hic inſigne patris Phœbiq́ ardentis imago,
Difficili vultu graditur geſtuq́ maligno.
Innocuos miteſq́ animos irridet & odit,
Quum videt æternis illuſtrem laudibus altum,
Per virtutis iter veri conſcendere honoris.

Mantuanus de calamitatibus.

Scilicet omne Deo contra nitente ſuperbum
Euaneſcit opus: ſicut cum ſurgit in auras
Eructantis aquæ fluctus, mox vertice preſſo
Decidit & ſpumas alto demergit in amne,
Atque humiles inter ſine nomine præterit vndas.

Claud. 4 Honor.

Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores.

Claud. 2. Stil.

Quin ipſa ſuperbia longe
Diſceſsit, vitium rebus ſolenne ſecundis,
Virtutumq́ ingrata comes.

Ouid. 6. Met.

Sum felix, quis enim neget hoc? felixque manebo:
Hoc quoq́, quis dubitet? tutam me copia fecit.
Maior ſum quam cui poſsit fortuna nocere.

Senec. Herc fur. Act. 2.

Dominare timidus ſpiritus alios gere:
Sequitur ſuperbos victor à tergo Deus.

Ex Græcis comicis.

Οἱ εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.
Minus inſoleſce, quo magis res proſpera.
Ἀλαζονείας οὔ τις ἐκφεύγει δίκην.
Pœnam arrogantiæ effugit nemo ſuæ.

Anthologia Sacra Iacob. Billii.
Superbia vbique noxia.

Omne genus vitii proprio tantum valet actu,
Et peccata ſuam quæq́ gerunt ſpeciem.
Sola eſt innumeris armata ſuperbia telis,
Cui poſſunt vires & bene geſta dare.

Superbiam atque inanem glóriam à probis operibus abeſſe debere.

Tu, Sodoma quicunq́ fuga damnata relinquens
Mœnia virtutis culmina ſumma tenes,
Ne tibi formoſa ſit res cum prole, caueto:
Namque ſua hinc genitos arcet ab æde Deus.
Quin etiam pulchra ſi mens tua prole parentem
Te faciat, fœtus prodere parce tuos,
Regis enim id Pharii ſi permanarit ad aures,
Nil iacis natos præcipitabit aquis.

De ſuperbia, quæ peccatorum omnium caput eſt.

Criminis eſt omnis caput, & certiſsima radix,
Faſtus: eo victo, crimina cuncta ruunt.
Per faſtum primos paradiſi ſede parentes
Depulit aſtutæ perfidus arte Satan.
Ergo Paleſtinas acies ſi frangere cura eſt,
Immani Goliath fac cadat enſe caput.
Namq́ inimica phalanx, duce cæſo, protinus arma
Abiicit, & celeri tendit abire fuga.
Iungere ſe tantum faſtus virtutibus audet.
Cætera cum fugiant crimina cuncta procul.
Scilicet vt fructum penitus corrumpat earum,
Non ſecus ac Cereris munus auena ſolet.
Quam vere ſcriptura canit, tum denique quenquam
Ordiri, cum iam culmina ſumma tenet?
Quandoquidem cum quis vitiorum cætera fregit
Agmina, tum faſtus prœlia dira mouet.

Aduerſus humanam ſuperbiam.

Fine quid eſt noſtro, noſtro quid vilius ortu:
Gignimur è fluxis, vermibus eſca ſumus.
At media ò ſupreme parens: quam turgida vanno
Sint faſtu, quis nam commemorare queat?
Quæ tanta in mediis vtriuſque obliuio finis?
Siccine lethæa mens tenebratur aqua?
Vt tibi non ortus tumidum de pectore faſtum
Excutiat, mortis non meditata dies?

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Παρὰ τῷ τύφῳ, καθάπερ παρὰ κακῷ πλάστῃ, διεστραμμένας τὰς τῶν πραγμάτων εἰκόνας, ἰδεῖν ἐστιν. Id eſt.

Apud ſuperbum ceu apud malum figulum, aut ſtatuarium, peruerſas rerum imagines videre eſt. *Socrates.*

Ἡ δεισιδαιμονία, καθάπερ πατρὶ τῷ τύφῳ πείθεται.

Superſtitio ſuperbiæ tanquam parenti eſt morigera. *idem.*

Tantum abeſt, vllum illorum qui ſolida docti ſunt, quidquam de ſeſe glorioſius dicere, vt alio etiam dicente erubeſcant. Qui vero longius à vera, quam ſibi vendicant, doctrina abſunt, propter inſcitiam verba moleſtiſsima audienda de ſeipſis proferunt. *Demoſthenes.*

Φρονήσεις μὲν οὖν μηδέποτε ἐπὶ σεαυτῷ μέγα ἀλλὰ μηδὲ καταφρονήσεις σεαυτοῦ.

Nunquam quidem de te ſuperbam opinionem concipies: neque contra nimium de te humiliter ſenties. *Phauorinus.*

Arrogantis nomen vſurpari mihi recte videtur in illis, quæ ſe ſimulant eſſe ditiores & fortiores, quam ſint: & ea ſe factores promittunt, quæ præſtare nequeunt, idque manifeſte facere videntur, accipiendi quippiam & lucrandi gratia. Cæterum ii, qui riſum moliuntur inter conuerſantes, neque ſuum ob quæſtum, neque auditorum iacturam, aut vllum aliud damnum, quo pacto illi non vrbani potius & faceti, quam arrogantes nominabuntur. *Xenophon.*

Vides eximia animalia vt fulminet Deus, neque ſuis opinionibus vti ſinat: exigua vero facile fert. Vides etiam vt in ædificia maxima ſemper, & celſiſſimas arbores cœleſtia tela ingruant. Solet enim Deus eminentia quæuis caſtigare. Ideoque magnus exercitus ab exiguo quoque ſternitur, cum Deus inuidens aut metum ipſis iniecerit, aut tonitrua, vnde condignam ſe perditionem incidunt. Non ſinit enim Deus alium, præter ſe altum ſapere. *Herod. l. 1. Hiſtoriarum.*

Deorum indignatio omnibus ſuperbis imminet. *Dionyſ. Halic. lib. 2.*

Omnes qui ſuperbi ſunt, & qui ſupplicum preces cum contumelia repellunt, in deorum indignationem incurrere, & tandem in miſeras calamitates incidere animaduerti. *idem l. 8.*

Nonnunquam id obtigiſſe conſpeximus, vt qui potentia præſtarent, quique quondam hoſtes ſuos longe viribus apibuſque vciſſent, momonto temporis eo faſtigio deturbatos, in deteriorem longe conditionem ruiſſe, qui tamen olim faſtu inſolentiaque fortunæ alios proterere: ſolebant. *Diod Sic. hiſt. l. 13.*

Paratam felicitatem ſpernentibus, numen iraſci conſueuit. *Proc. de bell. Vand l. 1.*

In repentinis calamitatibus homo ſuperbus non minus animo quam conſilio deſtituitur. *F. Guicciard. hiſt. l. 4.*

Ita præſenti rerum ſucceſſu tumebant Athenienſes, vt nihil ſibi iam amplius reſiſtere poſſe putarent. Et poſſibilia pariter atque impoſſibilia ſeu magno ſeu paruo apparatu ſe confecturos eſſe confiderent. Cauſa huius fiduciæ erat inſperatus in rebus plurimis ſucceſſus: is in eis ita ſpem confirmabat & augebat. *Thucyd. l. 4.*

Vides (*Artabani dictum*) vt prægrandia animalia fulmine Deus ferit, nec ſinit inſoleſcere, parua vero ne vellicat quidem? Vides vt magna ſemper ædificia magnaſque arbores huiuſmodi fulminum tela percutiunt? Gaudet enim Deus eminentiſſima quæq; deprimere. Vnde & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties Deus iis quibus infenſus eſt aut metum incutit, aut fulmen immittit. Propterea quidam ſecus ac ſua dignitas poſtulabat, in calamitatem inciderunt, quia Deus meminem alium quam ſeipſum ſinit magnifice de ſe ſentire. *Herod. l. 7.*

Qui frequenti ſucceſſu in bellis vtitur, hic infida ferocia inflatus, quæ ſunt cogitanda non cogitat. Multa enim male conſulta, hoſtibus inconſultius agentibus, proſpere euenerunt: & multo plura quæ bene conſulta videbantur, turpiter in contrarium ceciderunt: quia nemo tali opere rem exequitur, quali crudelitate deliberat: ſed cum fiducia certa de futuris ſentimus, cum timore autem in actione deficimus. *Thucyd. l. 1.*

Solet vſuuenire ciuitatibus, præſertim iis, quibus breui & inſperato felicitas contigit, vt ad inſolentiam conuertantur. *Idem, l.2.*

Etiam cum innoxia eſt ſuperbia, moleſta eſſe non deſinit. *idem, eod. lib.*

Superbum ſupraque modum inſolentiſſimum videtur & temerarium, de hoſtis ſupplicio ante victoriam, veluti præoccupata belli victoria, decernere, *Diodor. Sic. hiſt. l.13.*

Multis exemplis compertum eſt, mortales quoſcunque ſuperbiæ immanitas extra ſe modumque conditionis humanæ inſolentes rapuerit, diis iuxta hominibuſque ſumme inuiſos eſſe, ac veluti perniciem quandam execrabiles haberi. *Idem lib.13.*

Ex re bene geſta ſuperbia negligentiaque oritur. *Liuius, Decad. 1. lib.4.*

Superbiam, verborum præſertim, iracundi oderunt, prudentes irrident: vtique, & ſi inferioris aduerſus ſuperiorem eſt, capitali pœna nemo vnquam dignam iudicarit. *Idem, Decad.5. l.5.*

Ira atque ſuperbia, mala inuicta. *Curt. l.3.*

Superbia commune nobilitatis malum. *Sall. de bell. Iugurt.*

Bellorum præmiis referti, aut ditium familiarium hæredes facile fragnum animum induunt. *Tacit. Ann. l.11.*

Compertum habeo, humillimos quoſque, maxime vbi alta accesserunt, ſuperbia atque ambitione immodicos eſſe. Hinc Marius patrum memoria, hinc Diocletianus noſtra, communem habitum ſupergreſſi ſunt, dum animus potentiæ expers tanquam inedia refecti, inſatiabilis eſt. Nec mihi mirum videtur, Nobilitati pleroſque ſuperbiam dare, quæ gentis Patriciæ memor, moleſtiarum quibus agitatur remedio, eminere paululum pluris habet. *Aurel. Vict. de Cæſarib.*

Superbia eſt opulentiæ comes. *P. Iou hiſt. l.1.*

Fit ſæpenumero ſuperbia atque æmulatione, communi vitio ducum, vt plerique in ipſis conſiliis ea maxime nolint, quæ alios ſummis etiam rationibus velle cognouerint: vltroque aſpera & duriora iubeant, ne aliena conſilia ſequi videantur. *Idem, lib.15.*

Qui non ſtatuit felicitati modum, nec cohibet efferentem ſe fortunam quanto altius elatus eſt, eo fœdius corruit. *Liuius Dec. 3 libro decimo.*

Superbi eſt, famæ ſpe æternitatem præſumere. *Tacit. Annal. libro 11.*

De ſuperbia, DIAL. CXI.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Superbia extollor. R. Quid ſuperbis autem terra & cinis? tunc tantorum malorum faſce obrutus atque oppreſſus extolleris? qui ſi te omnibus malis explicitus virtutum omnium alis euectus attolleres, hoc vno bona omnia corrupiſſes. Nihil eſt enim odioſius Deo quam ſuperbia. Per hanc enim ille pulcherrimus creatus raptim corruit, per quam tu peccator vis aſcendere. Si ſic illi ob id vnum accidit, quid per hoc aliis culpis adiunctum tibi euenturum arbitraris, malum ſarcinis tuis cumulum ſuperimpoſuiſti. D. Superbia vehor. R. Cur quæſo? an non te mortalem, an non aſſidue fatiſcentem, an non peccatorem, an non mille caſibus expoſitum, an non morti obnoxium incertæ: an non denique te miſerum meminiſti, & non famoſiſſimum illud Homericum audiuiſti, Nihil miſerius terra nutrit homine? ſcire velim, quid te horum potiſſime ad ſuperbiam cohortatur, an fragilitas membrorum, an vitæ breuitas, an cæcitas animi, inter ſpes vaniſſimas, metuſque perpetuos fluctuantis, an præteritorum obliuio, an ignorantia futurorum, ac præſentium, an hoſtium inſidiæ, an mortes amicorum, an aduerſitas perſeuerans, an fugitiua proſperitas? Hæ non aliæ vobis ſunt ad ſuperbiam quam ſcalæ, his aſcenditis ad ruinam. Atqui cætera hominum pericula, & ſi iniuſtam aliquam tamen excuſationem, ſuperbia, & inuidia nullam, habent. D. Doleo me ſuperbum. R. De peccato dolere primus ad ſalutem gradus eſt, & ſicut ſuperbia eſt extollere, ſic humilitas eſt dolere, ſeque ſubmittere, facile factu quod quidem erit mox vt oculos in teipſum tota intentione reflexeris: quod cum ita ſit, nolo tibi nec oportet librorum partes ſcriptas aduerſus peccata congerere, hæc ſatis eſt cuncta arbitrii tui eſſe, deſitura ilico, vt bona fide volueris, vtque aiunt receptui cecineris, teque ad tua ſigna conuerteris, quod ad præſens malum attinet, vnum illud adiecerim: Superbiam eſſe ægritudinem miſerorum ac ſtultorum: tales nempe ſunt haud dubie qui ſuperbiunt, neque enim aliter ſuperbirent: neque vero ſine cauſa in libro ſapientiæ ſcriptum eſt, Omnes inſipientes & infelices, ſupra modum animæ ſuæ ſuperbi ſunt. Certe animæ ſuæ ſi ſaperent, modus erat humiliati conditionis imbecillitate cognita. Sic enim eodem libro ſcriptum legis. Rex hodie eſt & cras morietur. Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, receſſit, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia. Nota ſunt reliqua, quibus acriter circumſpectis monſtrum eſt ſuperbus homuncio.

¶ APOPHTHEGMATA.

Democrates iam ſenex aſcendens in arcem Athenis per[...] helosus: Idem ſe facere dixit, quod vniuerſa ciuitas Athen[...] ſoleret. Nempe ſe magnum quidem ſpirare, parum autem [...] *Stob. ſerm.22.*

Democritus deſinere dicebat in malam infamiam, cum [...] ſuperiore contendit. *Stob eod. ſerm.*

Antiſthenes, quum Platonis ſuperbiam notare cuperet, [...] pompa equum hinnientem frementemq; aſpiciens, ad Pla[...] verſus, ait: Tu profecto meo iudicio præclarus fuiſſes equus [...] nim equus animal ſuperbiſſimum. *Bruſ. 6.5.*

Zeno Cittieus in quendam circa formæ curam ſtudio[...] quam deceret virum, quum imbricem lente ac circumſpe[...] ſiret: Merito, inquit, ſuſpectum habet lutum, in quo non [...] ipſum vt in ſpeculo cernere. *Laert. l.7. c.1.*

Ariſtoteles adoleſcentulum ſuperciliis ſublatis ſuperbiem[...] ſpicatus, ſed nulla ſcientia præditum: Adoleſcentule, inqu[...] talis eſſem, qualis ipſe tibi videris: qualis autem reuera [...] ant hoſtes mei, *Ant. in Meliſſ part.2. ſerm.74.*

Socrates Alcibiadem intuitus ob diuitias inflatum, & [...] tem operibus prædiiſq;, in quendam ciuitatis locum du[...] quo ſuſpenſa erat tabula terræ circuitum complexa. Iuſſi[...] cibiadem Atticam in ea requirere, quam vt inuenit, [...] dia inſpicere præcepit, quæ cum Alcibiades nuſquam [...] ceret: Cur igitur, Socrates inquit, ob illa ſuperbis, quæ [...] lam terræ partem exiſtunt? *Stob. ex Ælian.*

Plato, quum aliquando conſcendiſſet equum, mo[...] dicens, ſe vereri μὴ ἱπποτυφίᾳ ληφθῇ id eſt, ne equeſtri [...] peretur. Superbum animal eſt equus: & equitare qui[...] magnificum, parumque philoſopho dignum. *Laert. l.3.*

Idem, Exhauriendam eſſe dicebat ex animis iuuenum [...] pinionem & ſuperbiam: ſicut aerem ex vtribus vtile q[...] fuſuri exhauriunt: ſecus enim inflatione & ſpiritu tu[...] admittunt. *Ant. ſerm. de ſuperbis.*

Æſopus à Chione rogatus, Quid faceret Iupiter? [...] quit, deprimit, extollit humilia. *Bruſonius libro 6.* [...] *Stobæus.*

Idem. Comatulum iuuenem nimium affectato [...] ſpicuum intuitus: Si te, inquit, tam exquiſite comas [...] tia, plane ludis operam, ſin mulierum, iniquus es: [...] *Stobæus.*

Phocionis Vxor interrogata, quamobrem ſola ex aliis [...] tu non geſtaret ornatum aureum, dixit. Quoniam pro [...] mariti, virtus mihi ſufficit, *Stob. ſerm.72.*

Epictetus. Nulla debes aliena præſtantia gloriari. [...] dem elatus, ſi de ipſo iactabundus diceret. Quam ſum [...] foret vtique id tolerabile. At ſi tu dicas. Næ equum [...] ſideo, nihil aliud quam de bono ſuperbis. Tuum autem [...] Nempe ſolus opinionem vſus, quem ſi ſecundum [...] erit, tum gloriare: ita demum enim de propria excellen[...] *In Enchiridio.*

Anonymus. Laconem hoſpes, quem pridie declina[...] ſtridie ſtragulis mutuo ſumptis ſplendide excepit: [...] conculcatis dixit: Propter has heri neſtoreis quidem [...] cuit. Lepide riſit illorum morem, qui cum ſint tenues, [...] fectant videri diuites, corrogata aut conducta ſupellect[...] maxime ſolent in excipiendis hoſpitibus, in nuptiis [...] ſolennibus epulis. Porro quum ineptum ſit oſtentare [...] tias: quanto magis ridiculum eſt oſtentare ſupellectilem [...] interdum ab vſurariis ſumptam? At Lacedæmonii [...] oratores regum, verum ipſos etiam reges ad ſua phi[...] bant, eam frugalitatem ſibi magno etiam honori [...] mantes. *Plut. in Lacon.*

Democritus Phal. In hominem ſuperbum, & multo [...] dum, dicebat altitudinem circumcidi oportere, ſenſum[...] *Bruſ. l 6. c.5.*

Artabanus diſſuadens Xerxi ab expeditione contra [...] Vides, ait, vt prægrandia animalia fulmine Deus feriat, [...] leſcere ſinat: parua vero nihil lædat? Vides, vt magna [...] cia, magnaſque arbores huiuſmodi fulminum tela [...] Gaudet enim Deus, eminentia quæque deprimere. [...] *Bruſ l.6. c.5.*

Thais glorioſo cuidam amatori, qui quum multa po[...] pſiſſet commodato, diceret ſe velle illa confringere, [...] rare: Perdes, inquit, quod cuique proprium eſt. Amb[...] mone notans commodatitia. Poterat autem intellig[...] flentur, periret quod cuique poculo proprium eſt. *Eraſm.* [...] *pophthegm.*

Philiſtion. Si videris, inquit, improbum in altum gra[...] uectum, magniſque opibus & fortuna exultantem, [...] ſupra fortunam extollentem, eius celerrimam expecta [...] nem: tollitur enim altiſſime, vt maiore caſu ruat. *Anton.* [...] *ſuperbis.*

...vxorem ſuam repudiauit, eo quod comam probe or-
...ædibus egreſſa eſſet, inquiens: Lex tibi meos vnius præfi-
...quibus formam tuam approbet: his ornamenta com-
...eſto ſpecioſa: aliis velle videri formoſam, in ſuſpicione
...hæreat neceſſe eſt. Probe caſtigauit mores vxoris ſuæ
...qui putauit ornatum vxoris eo ſpectare, vt aliis viris me-
...marito placeat. *Fraſ. l. 6. apoph.*

...dicebat ſuperſtitionem ſuperbiæ tanquam parenti eſſe
...am. Et ſane omnis ſuperſtitioſus eſt ſuperbus: nec ſine ſu-
...prodierunt tot ſuperſtitiones, falſæ ſententiæ circa reli-
..., & deteſtandi cultus à ſuperſtitione inuecti. *Stobæus*

...*Augusti F.* cum vltra modum ſuperbiret omni corporis
...monita à quodam, vt ſe ad paternæ frugalitatis exemplum
...ret, reſpondit, Pater obliuiſcitur ſe Cæſarem eſſe, ego ve-
... me Cæſaris eſſe filiam. *ibid.*

...ſciſcitatus, quid eſſet ſuperbus animus? reſpondit, Vir-
...iator, ciſterna aquis deſtituta, diuerſorium latronum.
...*de ſuperbis.*

...*max.* Vt fures, inquit, ſolem deteſtantur, ita ſuperbi mode-
...runt. *Eod. ſerm.*

...dicebat, difficile eſſe ſuperbiæ ſeu inanis gloriæ dæmo-
...gere: quicquid enim, inquit, molitus fueris, vt hanc
..., idipſum erit alterius inanis gloriæ initium. *Eodem*

...quidam apud Athanaſium cum Alexandriæ eſſet, vi-
...mulierem maximo veſtitus apparatu ſuperbientem, fle-
...terrogatus, cur tantopere lachrymas effunderet: reſpon-
...res ſunt quæ me mouent. Vna quidem, quæ eſt huius
...perditio. Altera vero, quod ego, qui nomen Chriſtiani
..., non tantum ſtudeo placere Deo vitæ innocentia, quan-
...mulier turpibus placere cupit hominibus. *Eccleſ. hiſt. l. 8.*

...*nes* quum vidiſſet Olympiam, & Rhodiacos quoſdam a-
...nes precioſis magnificiſque veſtibus amictos, cum riſu
... Hoc nihil eſt præter faſtum. Deinde cum incideret in La-
...nios laceris ſqualentibuſque tunicis amictos. Hæc, in-
...ge eſt alia ſuperbia. Vidit autem philoſophus, ſuperbum
...non ſemper ſplendido & ornatiſſimo veſtitu elucere, ſed
...bus etiam, dum homines opulentiſſimi ſæpenumero vi-
...veſtitu incedentes, hominum ex eo laudem ſuperbientes
..., *Ælian. l. 9. de Var. hiſt.*

¶ Similitvdines.

...*propheta*: Quomodo vinum potantem decipit: Sic e-
...ſuperbus, & non decorabitur, qui dilatauit quaſi infernus
...ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur & congre-
...omnes gentes, & coaceruabit ad ſe omnes populos:

...*cide.* Perdix capta in cauea: Sic cor ſuperbi, & vt proſpe-
...ſcendens ad caſum: nam bona in mala conuertens inſidiatur,
...imponit maculam. *Eccl. 1.*

...*ſtomi.* Nihil arrogantia atque ſuperbia peius, quæ men-
...que vires natura hominibus conceſſas ita deiicit, vt amen-
...prudentia, ac animo ſtolidos efficere videatur. Nam quem-
...dum ſi quis cum ſtatura cubitus ſis, inſtar montium, imo
...iorem ſe putet, ac ideo ſeipſum, quaſi montes exceſſerunt
..., nullum aliud argumentum inſaniæ ſuæ quæremus: Sic
...atum hominem videris, qui meliorem ſe cæteris arbi-
..., contemnique opinetur, ſi cæteris conferatur, nullum aliud
...vecordiæ hominis exquiras. Tanto quippe ridiculoſior is
...qui natura inſanit, quanto ipſe hunc ſibi morbum iniecit:
... te ſolum miſer, ſed quia in miſeriæ fundum ſe detruſit,
...ſentiat: Quando enim is peccata ſua vt oportet cogno-
...? Quando nimium ſe delinquere ſentiet? Certe quaſi vile
...pium, & miſerum captiuum diabolus eum adduxit, agi-
...que mille verberibus & contumeliis quocunque velit. *Hom. 59.*
Matth.

...am autem tu altius volare opinaris? An eam, quæ cum per
...feratur arundines aucupis atque retia non formidat: an eam,
...am vel ſine arundine ac viſco quoniam humi ſerpat, potius
...volat, manibus facile capitur? Huiuſmodi certe inſolens
...gans animus eſt, qui cum humi ſerpas, in omnem laqueum
.... Vt vermis in ſtercore: Ita ſuperbus in paſſionibus ſuis inuol-
.... *Hom. 66. in Matth.*

Veluti ſi quis domum vt ſit præclaro opere atque honeſto mira-
... caute prouideat, eos vero qui hanc habituri, negligat: Ita qui
...pus ornant, anima neglecta. *in 2. ad Tim. hom. 2.*

...oculis captus, ab omnibus offendi poteſt facile: Ita & ſu-
...bus quoque dominum neſciens (principium enim ſuperbiæ
... neſcire Dominum) etiam ab hominibus facile capi poteſt,
... lumine ſummo ornatus. *Sermon. 9. de Ozia, & Homil. de*
...

...archi: Si quid in vtres velis infundere boni, ventum atque
aerem amoueas oportet: Sic faſtum ac tumorem eximas oportet
ab animo eius, quem velis docere. *in Moral.*

D. Auguſtini: Medicus quando ægritudinem diſcutit, ſi curet quod per aliam cauſam factum eſt, & ipſam cauſam per quam factum eſt, non curet, ad tempus videtur mederi. Cauſa manenti, morbus repetitur. Verbi cauſa, apertius hoc dicam. Humor in corpore ſcabiem vel vlcera gignit; in corpore fit magna febris & non paruus dolor. Exhibentur quædam medicamenta, quæ ſcabiem compeſcant, & feruorem illum vlceris ſedem: & adhibentur, & proficiunt. Vides hominem qui fuit vlceroſus & ſcabioſus, ſanatum: ſed quia humor ille non eiectus eſt, rurſum ad vlcus redit. Cognoſcens hoc medicus, purgat humorem, detrahit cauſam, & nulla erunt vlcera. Vnde ergo abundat iniquitas? Per ſuperbiam. Cura ſuperbiam, & nulla erit iniquitas. Vt ergo cauſa omnium morborum curaretur, id eſt, ſuperbia, aſcendit, & homo factus eſt filius Dei. *Tractatu. 28.*

D. Hieronymi. Quomodo vinum contra potantem facit, & postquam ſurrexerit, neque pes, neque mens ſuum officium tenent, omniſque lætitia & mentis exhilaratio vertitur in ruinam: Sic vir ſuperbus non decorabitur, nec voluntatem ſuam perducet ad finem. *in c. 2. Abac.*

Ciceronis: Vt membrum turgidum ac tumidum vitioſe ſe habet: Ita inflatus animus & tumens in vitio eſt, *Libro tertio Tuſcul. quæſt.*

Folengii: Quemadmodum fumus alta & lucida, quanquam ipſe obſcurus ſit & ater, naturaliter appetit, verum in medio ipſo turbulento ſuo conatu reſoluitur in aerem, prorſuſque euaneſcit, & amplius fumus non eſt: Ita homo ſuperbus licet obſcurus ſit, inter cæteros tamen ſe extollit & euehit, in medio tamen curſu ſæpenumero præcipitatur, & quaſi in nihilum reſoluitur *In Pſalm. 74.*

Quemadmodum ex vlcere putrido, ſanies & putredo ebulliunt: Sic ex ſuperba mente, atque ambitioſa, omnia peccata ebulliunt. *in Pſalm. 74.*

Thriueri: Honores ac diuitiarum abundantia quid ſimile cum fungis habent, ſed peius obtinent. Etenim ii tantum ventrem inflant, & aliquando leuiter mentis particulam vexant. Honores vero, diuitiarumque copia vniuerſum hominem reddunt tumidum, nec intellectus partem tantum, ſed totam vitiant animam. *in apoph. 45.*

Quemadmodum ignis omnia extenuat & annihilat: Ita ſuperbus nullus alterius ſocietatem tolerat. *in apoph. 18.*

Vt modicum fellis, optimum quemque ſuccum vitiat dulciſſimum: Ita ſuperbia omnem virtutem labefactat. *In apophthegmat.*

Vt ægrotus quiſpiam quo à ſua natura diſceſſerit longius: eo laborat periculoſius: Sic animus elatus ac ſuperbus procul ab omni humanitate diſcedit, & in brutum demum vertitur. *In apophthegm. 69.*

Vt peſſimum eſt venenum, quod diſſimulata ſua indole, aut cum melle fermentatum, gratiam exhibet: Ita maxime, eſt ſuperbia quæ fuco humanitatis tegitur Abſolonis exemplo. *in apophthegmat. 75.*

¶ Exempla Biblica.

Superbiæ punitæ *exempla*: In Adamo & Eua, *Gen.* 3. 16. *&* *Eccl.* 16. *v.* 14. Ædificatoribus turris Babylonicæ, *Gen.* 11. 5. *&c.* Agar, 16. verſ. 5. 6. Sodoma, 19. *verſ.* 24. *Ezech.* 16. 49. Mariæ, *Num.* 12. *v.* 8. 9. Core, Dathan, & Abiron, 16. *v.* 31. 32. Iſraelitis, *Deut.* 1. *verſ.* 43. 44. Gaal Filio Obed, *Iudic.* 9. *verſ.* 37. 38. Goliath, 1. *Sam.* 17. 50. Nabal, 25. 37. Saule, 31. 4. Seba filio Bochri, 2. *Sam.* 20. *verſ.* 21. populo Dauidis, ob ſuperbam populi numerationem, 24. 15. Adonia, 1. *Reg.* 1. 5. Banadad, 20. *verſ.* 19. 29. Rabſace & Senacherib, 2. *Reg.* 19. *verſ.* 28. 35. Amaſia, qui inſigniter humiliatur, 2. *Paralip.* 25. 23. Ozia contra vocationem ſuperbe Sacerdotis officium ſibi vſurpante, 26. 15. Ezechia, 32. *verſ.* 24. 25. Holoferne, *Iudith.* 13. 10. Aman, *Eſth* 7. 10. Damaſco, *Eſa.* 8. 4. *&* 17. 1. Aſſur, 10. *verſ.* 12. 23. Rege Babylonis, 14. *verſ.* 13. 15. Babylone, *verſ.* 11. 12, *Ierem.* 50. 31. *&* 51. *verſ.* 1. 2. 52. 53. Moab, 16. *verſ.* 6. 7. Tyro, 23. 8. *Ezech.* 28. *verſ.* 2. 3. 4. Ephraim, *Eſa.* 28. 1. Iſrael, *Ezech.* 34. *verſ.* 21. Pharaone Rege Ægypti, 29. *verſ.* 3. 4. *&* 31. *verſ.* 10. 11. 12. Nabuchodonoſor, *Dan.* 4. *v.* 19. 20. 21. Balſaſar Chaldæorum Rege, 5. 22. *&c.* Iſraelitis, *Oſeæ* 5. *v.* 5. *&* 7. 10. Capharnaitis, *Matth.* 11. 23. *Luc.* 10. *verſicul.* 15. Phariſæo, 18. *verſi.* 14. Superbiæ *exempla*: Adam & Eua: Duabus enim potiſſimum rebus moti delinquunt: *Prima*, quod ſe deos fore crederent: *Secunda*, quæ impulit eos & pellexit, fuit gula & formoſa pomorum ſpecies, *Gen.* 3. *verſi.* 5. 6. *Eccl.* 10. 14. Ædificatores turris Babylonicæ, *Gen.* 11. *verſic.* 4. *Agar.* 16. 4. Fratres Ioſeph, 37. *v.* 8. Aaron & Maria, *Numer.* 12. *verſic.* 1. 2. Core, Dathan & Abiron, *Num.* 16. 1. Gaal, Filius Obed, *Iudic.* 9. 28. Abimelech. *verſi.* 30. 45. Saul, 1. *Sam.* 13. 2. *&* 15. *verſi.* 19. 20. 30. Goliath, 17. *verſi.* 42. Nabal, 25. *verſi.* 10. 11. Abſalom, 2. *Sam.* 15. 4. Seba filius Bocchri, 20. 1. Dauid, 24. 1. Adonias, 1. *Reg.* 1. 5. Roboam, 12. 14. Ieroboam, 13. *verſi.* 4. Benadad, 20. 18. Rabſaces, 2. *Reg.* 18. 24. Amaſias, 2. *Paral.* 25. 19. Ozias, 26. 16, Ezechias, 32. 25. Pharao, & ſerui eius. *Nehem.* 9. *verſi.* 15. 16. Pa-

tres & Iſraelitæ, *verſ.*29. Nabuchodonoſor, *Iudith.*1.7.& 21.1. &c. *Dan.*4.27 & 5.2 Aman, *Eſth.*3.6 & 16.13 Filiæ Sion, *Eſa.* 3.16. 6 Rex Babylonis, 14.*v* 13.24 Moabitæ, 16.6 Rex Aſſyriorum, 47 7 Azarias & Iohanan, *Ierem.*43.2 Tyrus, *Eſa.*23 *v*.8.9 *Ezech.*27. 3 & 28. 2 Balſaſar, *Dan.*5.*v*.20.22 & 8 25 Antichriſtus, 11.36.2 *Theſſ.*2.4 Iſraelitæ, *Oſe.*7.10 & 13 6 Amos, 6.8 Idumæi, *Abd.v.*3 Antiochus, 1 *Macch.*1. 23.2 *Macch.*9.4 & 5.21 Ioſephus, 1 *Macch.* *v*. 55. 56. 57 Nicanor, 2 *Macch.*9 *v*.9.16 Phariſæus, *Luc.*18.11 phariſæi, *Ioan.*5.44 Iudæi, 9.34 Simon Magus, *Act.* 8 9 Herodes, 12.21. Agrippa & Bernice, 25. 23. Babylonica Meretrix, *Apocal.* 17.1 & 18.7 Superbiæ mala, *Prouerb.* 11.21.5.

¶ PROFANA EXEMPLA.

Pauſanias Lacedæmoniorum dux, ad Plateas victor, contra Mardonium, quum de manubiis tripodem aureum Delphis votum ſoluiſſet, ſuumque nomen inſcriberet: Lacedæmonii pertæſi inſolentiam, epigramma induxerunt, & ciuitatum nomina inſcripſerunt. *Herod.*

Iulianus Imp. quinquennalia edens, ambitioſo diademate vſus eſt, gemmarum fulgore diſtincto: cum initio principatus coronam vilem geſtare conſueuiſſet, ſe Conſtantii hoſtem aperte profiteri cœpit. *Sigonius, l.6. Imp. occid.*

Maximinus iunior in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & genua ſibi oſculari patiebatur, nonnunquam etiam pedes: quod nunquam paſſus eſt ſenior Maximinus, qui dicebat: Dii prohibeant, vt quiſquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat. Cum pater pleriſque honoratis aſſurgeret: ille reſidebat. Vſus eſt & aurea lorica exemplo Ptolomæorum: vſus eſt argentea: vſus & clypeo gemmato inaurato: & haſta inaurata. Fecit & ſpatas argenteas, fecit etiam aureas: omnino quicquid eius pulchritudinem poſſet iuuare. Fecit & galeas gemmatas: fecit & bucculas. *Iulius Capitolin. in Maximino Iuniore.*

Rhemnius Palæmon Grammaticus gloriabatur ſecum natas eſſe literas, ac demum ſecum morituras. Idem Marcum Varronem principem linguæ Latinæ porcum appellare ſolebat. *Crinitus lib.* 11 *cap. eod.*

Paulus Samoſatenus hæreticus, diues factus è paupere excreuit in ſuperbiam intolerabilem. Nam incedens per vicos & compita, doctrinam & literas oſtentabat publice & notariis in propatulo, quicquid primum in buccam veniſſet, dictabat.

Athila Rex Pannoniæ ſuperbus inceſſu, huc atque illuc oculos circumferens, vt elata potentia in ipſo corporis motu appareret.

Domitianus iactabat in ſenatu, patri ſe & fratri imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe. Gaudebat appellatione Domini, atque etiam Dei: vnde Euſebius, Primus, inquit, Domitianus Dominum ſe & Deum appellari iuſſit: hinc fluxerunt cuiuſdam duo verſiculi poetæ aſſentatoris.

Edictum Domini, Deique noſtri.
Quo ſubſellia certiora fiunt.

Vnde inſtitutum eſt ab eo, vt ne ſcripto quidem aut ſermone cuiuſquam aliter appellaretur. Statuas ſibi in Capitolio non niſi aureas & argenteas poni permiſit. Septembrem & Octobrem menſes ex appellationibus Germanicum, Domitianumque transnominauit, quod altero ſuſcepiſſet imperium, altero natus eſſet.

Maximinus iunior tanta fuit arrogantia, vt manus ac pedes ſenatoribus præberet oſculandos.

Caius princeps ſeipſum inter diuos retulit, & Iouis maximi nomine ſtatuas erigi ſibi imperauit.

Sabor Rex Perſarum, vocauit ſe regem regum, participem ſiderum, fratrem Solis & Lunæ. *Herodot. lib. 2. hiſtoriarum. Plinius 6 natur. hiſt.*

Salmoneus tonitrua mentitus eſt, vt Deitatis opinionem ſibi vendicaret, ſed à Iouis fulmine ad inferos demerſus.

Cyrus immani ſuperbia elementis iraſci, atque ab iis reuerentiam exigere non eſt veritus. Cum enim ad Babylonicam expeditionem proficiſceretur, Gangem fluuium magnitudinis immenſæ, in trecentos ac ſexaginta paruos alueos diuiſit, affirmans ſe ita diminiturum amnem, vt etiam prægnans fœmina pedibus ſine labore eum traiectura eſſet.

Cambyſes Perſarum Rex cum Præxaſpem interrogaſſet, quid de Cambyſe populi ſentirent, reſpondit: Cambyſes in omnibus laudatur, ſed vini appetentior æquo eſt. Arcum itaque quem in manu habebat, tetendit, & ſagittam in filii pectus direxit. Præ ſuperbia cum audiendi patiens non eſſet, in amicum ita ſeuere ſæuiit.

Appion Grammaticus Alexandrinus tanta fuit arrogantia, vt ei immortalitatem polliceretur, cui opera ſua nuncupaſſet.

Demetrius Poliorcetes, Antigoni Macedoniæ regis filius, tanta fuit arrogantia & inſolentia, vt Athenienſium legatos biennium ſuſpenſos tenuerit ſine colloquio, ac demum re infecta, reuerti iuſſerit.

Menocrates medicus nullam ab his mercedem ſolebat accipere quibus medebatur, ſed hoc tantum petebat, vt liberati ſe ipſius ſeruos eſſe faterentur, eumq; Iouem dicerent.

Neſtorius hæreticus, factus præſul Conſtantinopolitanus, [...]nem poſtero die habuit ad populum, arrogantiæ plenam & ſuper[...]biæ, qua cœlum ſe vnicuiq; daturum promittebat.

C. Neuius Comœdiographus, ſuperbiam ſuam teſtatus eſt [...]taphio, quod ſepulchro ſuo inſcribi iuſſit.

¶ HIEROGLYPHICA.

In Diuinis ſane literis pro arrogantia atq; ſuperbia ceruix [...]pitur: quare *Pſal.*130. *Imperiorum conciſas ceruices*, legas pro [...]mita ſuperbia. *Pier. Val. l.32 p.303. B.*

¶ EMBLEMA.

Superbia.

Emblema LXVII. And. Alciat.

En ſtatuæ ſtatua, & dictum de marmore marmor,
Se conferre Deis auſa procax Niobe.
Eſt vitium muliebre ſuperbia & arguit oris
Duritiem, ac ſenſus qualis ineſt lapidi.

¶ FABVLA.

Aquila & Aues.

Quodam cœtu alitum, plerique illorum de ſe & virtut[...] magnifice loquebantur, celeritatem accipitres, cantum [...] oſcines gloriam augurii, formam pauo, calliditatem per[...]daciam trochilus, remigandi ſcientiam anates, præſenſione[...]peſtatis ardea iactabat. Tum aquila nugæ, inquit, iſta [...] quod eſt optimum, & plurimi fit in hac vita, eo facile om[...] antecello, vt acutiſſimo viſu oculorum vtar. Quod ſi quis [...] credit verum eſſe, age conſidito ſupra ceruicem meam, & [...]dam de tam ſublimi ſpatio, vnde ipſe vix terram conſpicere [...] me certe omnia & haud fallente luminis acie contueri. [...]tantibus aliis, regulus in aquilam incubans, iubet ſublim[...]periatur vtrum vera gloria illa ſit: Cum ſub nubes penetra[...]la, Quid, inquit, cernis infra regule? Vix illo terram ſit [...] dicente: At ego iſthic, inquit, clare ouem conſpicor, & qu[...]bam mutilata cauda, inque eam, vt quod dixi tibi certi[...] mox etiam inuolabo. Sed illam ouem grandibus volucr[...] propoſuerat auceps, qui laqueis poſitis intra frondes [...]bat atque illatam impetu aquilam cepit & ſtrangulauit. [...]gulus videns: falſo, inquit, gloriata fuiſti de perſpicaci oc[...] quæ caudam mutilatam diceres te cernere, & laqueos [...]torem aucupem non aſpexeris.

Fabula coercet elationem & ſuperbiam animi: Et doc[...]tates acute cernere in iis modo quæ appetunt, ad reliqua [...]

Galli Gallinacei.

Duo Galli acriter inter ſe pro gallina dimicabant, ita [...] ſauciarentur, ſed finito prœlio, qui victus fuerat, is pudo[...]re affectus latebras quæſiuit, victor autem in altum [...]lauit, & quanta maxima voce potuit, canere & alis ſtrepere [...] Hunc de improuiſo aquila præteruolans rapuit, ita alter, [...]dum abdiderat, poſtea ſine æmulo gallinarum conſuetu[...] potuit.

Docet fabula Deum ipſum ſuperbis aduerſari, mites a[...] illum in gratia eſſe, &c.

Olla.

Expoſitam ſub dio ollam fictilem vt lutum prius areſce[...] in fornace torreretur, interrogabat imber. Quidnam [...] vero, ſe dolium eſſe reſpondit. Dolium, inquit imber, [...]mum condi ſolet, quod nos aquæ odimus? Peribis igitur, [...] diffecit.

Contra ſuperbiam & faſtum, & ſtultas elationes animo[...] fabula narratur. Sæpe enim fit, vt magnarum rerum pro[...] arrogantia dignitatis, homines imperitiores euertat at[...] Itaque Vlyſſes ad tantarum rerum affectionem non ex[...] que ſplendeſcit, ſed abiicitur & deformatur, idque diui[...]

De Nuce & Vepribus.

Nux ſtirpe procera & patulis ramis propter viam enata, [...] ſub autumni tempus fructibus grauis, vicinas vepres [...] præ ſe, & verbis inſectabatur, vt humiles & infructuoſas, [...]ceſque ac miſeras vocabat, in illa deorum hominumque [...]ctione. Quæ eſt enim, inquit, & quam deteſtanda con[...] deprauatio veſtra? Quis autem vos non ſimul atque te[...] execratur nobiſque maledicit? Mea vero, videtis, quæ [...] firmitas, quæ ramorum denſitas, quæ foliorum amplitudo, [...] fructuum copia, atque his dictis concuſſo comante vertice, [...]tes vepres ſuperbiſſime deſpiciabat. Veniunt mox homin[...] ætatis ac ſexus, viri, mulieres, virgines, pueri, ac feſtibus [...] nucem petunt, maturoſque fructus decutiunt, & longis [...] verberant, neque folia modo diſſipant, ſed ramos etiam [...] gunt atque lacerant, ſpoliatamque ipſam male mulcta[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

inquunt. Tum vepres non quidem arrepta occaſione il- …e in calamitate, quod inhumaniſſimum eſſe ſcirent, …ium & fortunæ incertæ atque dubiæ conſideratione, …andri verſum inter ſe memoraſſe accepimus, huius ſen-

Beatus eſt cui mens bona & res obtigit.

Illinc vero hos Euripidis.

Ὄλβῳ δ' ἐπιῤῥυέντος εὐτυχέστερος
Ἄλλου γένοιτ' ἂν ἄλλος, εὐδαίμων δ' ἂν οὔ.

Aliunde etiam hæc.

Multorum opes malorum hominibus cauſſa ſunt.

…, Arrogantia.

Superfluitas.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

…fluitas, Græce, περισσότης, ητος, ἡ, & περισσὸς, ȣ̃, ὁ, ſuperflu- …itur. Venit autem ſuperfluitas à ſuperfluo, quod eſt ſupe- …ndo, eſtque ſuperabundantia quædam.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

…iam neceſſarium, quam cognoſcere quid ſibi neceſſarium. *…Vercellen.*

…ex veſtimentum dicitur, quidquid neceſſarium eſt alicui …m qualitatem loci, vel temporis. Duplex autem quod ex- …ſtatem eſt: non enim duas dicit, vt quis in locis Scotiæ gla- …rigentibus vnica tunica debeat eſſe contentus: ſed quo- …tunica veſtimentum intelligimus ne alio veſtiti; aliud no- …orum timore ſeruemus. *Hier. in Matth.* 10.

…quid corpora noſtra defendere poteſt, & humanæ ſuccurre- …illitati, quos nudos natura profudit, hæc vna appellanda …a, & quicquid in præſentibus alimentis eſt neceſſarium, hoc …i victus appellatur. *Hier.* 23. *ad Fabiolam.*

Superſtitio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

…ſtitio, Græce δεισιδαιμονία, ας, ἡ, & δεισιδαίμων, ονος, ὁ, ſu- …itioſus dicitur. Eſt autem ſuperſtitio vitium religioni op- …ſitum ſecundum exceſſum, *ſecund. B. Thom. ſecund. Secund. …art.* 10

…ſtitio eſt vitium contrarium religioni, non quia plus exhi- …cultum diuinum, quam vera religio: ſed quia exhibet cul- …diuinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet.

¶ SENTENTIAE HISTORICAE.

…perniciosa eſt incredulitas, & contemptus ſignorum diuini- …latorum, ita ſuperſtitio etiam noxia eſt, quæ tam aquæ inſtar …delabentis animum trepidum ſtolida timiditate com- …*Plut. in Alexand.*

…manarum mentium ludibrium ſuperſtitio. *Curtius, libro* …

…il in ſpeciem fallacius eſt quam praua religio, vbi deorum …n prætenditur ſceleribus, ſubit animum timor, nec fraudibus …vindicandis, diuini iuris immiſtum aliquid videmus. *Liu. …d.* 4. *l.* 9.

…mobiles ad ſuperſtitionem preculſæ ſemel mentes. *Tacit. …lib.* 1.

…lta vana ſub nomine celebri vulgantur. *Idem. Ann. l.* 6.

…cunq; à vero aberrant, miſericordia potius quam odio digni …Non enim hi vel captantur, vel labuntur volentes, ſed boni …n ducti cupiditate, & ſi alioquin iudicio falſi, conceptis opi- …ibus, qualeſcunq; ſint pertinacius hærent. *Agat. l.* 1.

…oſtentorum & prodigiorum conſideratione nimiam & credu- …em & incredulitatem periculoſam efficit humana imbecillitas, …a non intra certos terminos ſe continet, ſed effertur vel ad ſu- …tionem: inflatiuſq; de iis ſentiendum, vel ad contemptum re- …onis. Optimum eſt cautionem adhibere, ac ne quid nimis. *Plut. …Camil.*

¶ APOPHTHEGMATA.

…otychidas. Cum portæ Leotychidi proximæ clauem draco …uolutus eſſet complexus, idque augures affirmarent eſſe …tum: Mihi, inquit, nequaquam videtur: ſed ſi clauis fuiſ …complexa draconem, portentum erat. Lepide irriſit hominum …ſtitionem, qui terrentur his quæ caſu, nec præter naturam …t. Hunc mortalis ingenii morbum alunt augures, arioli, aruſpices ac diuini. Verum vbi quis præter rectum & honeſtum inſtituit nefaria conſilia, tum oportebat horrere portentium, & aliquid mali ſequuturum expectare. *Plut.*

Pericles. Quum vrgeret belli neceſſitas, Palladis ornamenta vendidit quadraginta talentis auri, & admirantibus ab illo rem ſacrilegam admitti, reſpondit, Ex hoſtium manubiis poſſe illi reddi cultum nihilo deteriorem. *Eraſ. Rot. l.* 8. *apoph.*

Idem. Ad bellum profecturus, cum ſuam ipſe triremem conſcenderet, ſolis deliquium accidit, tenebræque obortæ in prodigium magnum tractæ omnium animos conſternauerunt. Ibi Pericles cum videret gubernatorem ingenti timore captum, oculis eius chlamydem prætendit, percontatuſque eſt, an horribile aliquid id effectum aut portentum eo facto putaret? neganti. At quid intereſt, ait, inter iſtas & has tenebras? niſi quod maius eſt id à quo illæ ſunt inductæ. *Plut.*

Idem. Ægrotans, amico cuidam eum inuiſenti, oſtendit amuletum collo ſibi circumligatum à mulieribus, addens peſſime ſe affectum eſſe qui talem ſtultitiam in ſe admiſiſſet. *Plutarch. in Pericle.*

Ageſilaus rex quum adſtantem aræ Palladis, cui apud Spartanos ab æreo delubro χαλκιοίκα cognomen eſt, vt bouem immolaret, momordiſſet pediculus, non aduerſus eſt, ſed arreptum palam omnibus occidit: Per deos inquiens, equidem inſidiatorem lubens vel in ipſa ara, videlicet declarauit animum nec inepto pudori, nec ſuperſtitioni obnoxium. *Plut. in Lacon.*

Idem. Philippus quidam erat profitens Orphei myſteria & his alios initiare ſolitus: is quum eſſet extremæ paupertatis, tamen apud Leotychidam dicebat, eos qui apud ipſum Orphei ſacris initiati eſſent poſt obitum fore beatos: Quin igitur, inquit, ô demens, quam ocyſſime vitam abrumpis, vt deſinas infelicitatem tuam ac inopiam deplorare? O animum ab omni ſuperſtitione liberum: Poſt hanc vitam felices erunt, qui hic pie iuſteque vixerint, non qui fictis ceremoniis fuerint initiati. Hoc perſuaſum erat Lacedæmoniis, qui hic pie vixiſſent eos ab obitu fieri divos. *Plut. in Lacon.*

Epaminondas cum aliquoties ad hoſtem cum copiis accederet, & tonitru extitiſſet: interrogantibus ſuis quid ſignificari eo tonitru putaret, reſpondit, ſuperſtitionem eorum irridens, Deum attonitos reddidiſſe hoſtes, ſtuporemq; iis inieciſſe, qui cum prope apta loca eſſent, iniquo loco caſtra ponerent. *Plut. in apoph.*

Lucullus quum in armeniam cum decem millibus armatorum & mille equitibus aduerſus Tigranem tenderet, centum quinquaginta hominum millia habentem in exercitu, pridie nonas Octobreis, quo die prius Scipionis copiæ deletæ fuerant, quodam admonente, quod Romani diem illum vt nefaſtum & inauſpicatum metuerunt: Ergo, inquit, hodie, alacriter pugnemus, vt hunc quoque diem ex nefaſto funeſtoque Romanis hilarem & auſpicatum reddamus. *Plut. in Rom. apoph.*

M. Craſſo conflicturo cum Parthis, exta è manibus deciderunt: hoc tum cæteris vt inauſpicatum interpretantibus ac prælium diſſuadentibus: Huius modi, inquit, incommoda multa nobis ſenectus adfert: at arma tamen nunquam è manibus mihi ceciderunt. *Plut. in Craſſo.*

M. Cato. Vetus illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui mirari ſe aiebat, quod non rideret aruſpex, aruſpicem cum vidiſſet. Quota enim res quæque euenit, prædicta ab illis? aut ſi euenit quippiam quid adferri poteſt, cur non caſu euenerit. *Cic. lib.* 2. *de Diuinatione.*

Alphonſus cum triumphalem currum aſcenderet, non defuerunt qui admonerent, vt triumphantium more vultum minio illiniret. Verum rex cum hoc contemneret, dixiſſe fertur minium Baccho ſoli conuenire, qui non ſolum triumphi, ſed vini etiam repertor extitiſſet. *Ant. Panorm. de reb. geſt. Alphonſi.*

Pythagoras dicebat ſacrificia ſtultorum ignis eſſe alimenta, eorumque anathemata victum ſacrilegis ſuppeditare. *Stobæus ſerm.* 4.

Demonax accuſatus, quod nunquam ſacrificaſſet Mineruæ: Nunquam, inquit, exiſtimaui illi meis victimis opus eſſe. Notans inepquam, inquit, exiſtimaui illi meis victimis opus eſſe. Notans ineptam vulgi ſuperſtitionem, qui putabat deos hoſtiarum nidore delectari. *Eraſ. l.* 8. *apoph.*

Idem. Cuidam dicenti, Eamus in Æſculapii templum ô Demonax, pro filii ſalute deprecaturi Deum: Adeone, inquit, ſurdaſtrum exiſtimas Deum, vt nos niſi in templo non ſit auditurus? *Eraſ. l.* 8. *apoph.*

¶ SIMILITVDINES.

Plutarchi. Vt tremunt qui vrſorum aut draconum Luſtra adeunt: Sic ſuperſtitioſi cum tractant diuina, exiſtimantes Deos ſemper paratos ad nocendum. *in Moral.*

Non timet mare qui non nauigat, non bellum, qui non bellat, non latrones domi manens, non calumniatorem pauper, non inuidiam priuatus: non terræ motum, qui eſt in Galatia, non fulmen qui eſt in Æthiopia: At ſuperſtitioſus omnia timet, terram, mare, aerem, cœlum, tenebras, lumen, ſtrepitum, ſilentium, ſomnium. *in Moral.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN